Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



adeo ut sim fidelis Existimo ego
hoc bonum esse propter instantem necessi
tatem. quia bonum est homini sic esse.
Alligatus es uxori noli quærere so
lutionem. Solutus es ab uxore noli
quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem
non peccasti. et si nupsit virgo non
peccat Tribulationem tamen carnis
huiusmodi habebunt Ego autem no
bis parco hoc itaque dico fratres Tem
pus breve est reliquum est. ut qui
habent uxores tanquam non habentes
sint: et qui flent tanquam non flen
tes. et qui gaudent tanquam non
gaudentes Et qui emunt tanquam non
possidentes Et qui utuntur hoc
mundo tanquam non utantur. Præter
enim figura huius mundi. volo vos
sine sollicitudine esse Qui sine ux
ore est quæ dni sunt sollicitus est
quomodo placeat deo Qui autem cum uxore
est sollicitus e quæ sunt mundi. quo
placeat uxori et divisus est Et mul
ier innupta et virgo cogitat quæ sunt
dni: ut sit sancta corpore et spiritu. In xpo
ihu domino nro. Lectio li. Sapie.

Sapientiam laudabit anima sua
et in deo honorabit. et in me
dio populi sui glorabitur Et in ecclesiæ
altissimi aperiet os suum et in conspectu
virtutis illius glorabitur. In medio
populi exaltabitur et in plenitudine
sancta admirabitur et in multitudine
electorum habebit laudem et inter
benedictos benedicetur dicens Ego
ex ore altissimi prodivi primogenita
ante omnem creaturam Ego
quasi libanus non in silvis vapo
ravi habitacula mea. et quasi bal
samum non mixtum odor meus Ego
quasi cherebinthus extendi ramos
meos et ramus meus honoris et gra.
Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem gr.
v. propterea unxit te deus deus tuus oleo letitiæ gr.
Diffusa est gratia in labiis tuis. propterea benedixit te deus in eternum v. propter ve
ritatem et mansuetudinem et iustitiam et de
ducet te mirabiliter dextera tua gr. Speciosus
tua et pulchritudine tua intende. prospere
procede et regna v. propter veritatem et mansue
tudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter
dextera tua gr. Adiuvabit eam deus vultu
suo ds in medio eius non commovebitur.
Fluminis impetus lætificat civitatem dei sanctificavit tabernaculum suum altissimus Grad.
Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua v.
Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupivit rex speciem tuam. Alla v. Audi
filia et vide et inclina aurem tuam quia concupivit rex speciem tuam Alla v. Speciosus
tua et pulchritudine tua intende. prospere procede et regna Alla v. Diffusa est gratia in labiis tuis. propterea benedixit te ds in eternum